

*Cocos nucifera*. Tab. 4. 5.

*Tenga*. RHEED. mal. 1. p. 1. t. 1 — / 4. opt.

*Calappa*. RUMPH. amb. 1. p. 1. t. 1. 2.

*Coccus & Nux indica*. BESL. mus. p. 19. t. 5. GREW. mus. 15.

*Cocos inermis, frondibus pinnatis: foliolis replicatis ensiformibus*. LINN. syl. veg. 985. JACQ. hift. t. 168.

**P**ER. Drupa supera, baccata, maxima, ovata, rotunde trigona, utrinque umbilicata, fulva, aut rubicunda, demum helvola. *Cuticula* tenuis, tenacissima. *Caro* fibrosa, in vetusculo fructu fungosa, vinum redolens. *Putamen* osseum, ovatum, triquetro acuminatum, tribus futuris spuriis elevatis notatum & ad basin tribus foraminibus, atro tympano clausis instructum, uniloculare, evalve, nigro fuscum.

**R**EC. nullum: semen basi affixum.

**S**EM. unicum, cavitati putamini conforme, spadiceo rufescens, vasis numerosissimis, arcuatis, e fascia laterali, longitudinali oriundis, pictum.

**I**N T. simplex, coriaceum, tenuc, intus glabrum, & de recenti semine facile secedens.

**A**LB. amygdalino - carnosum, album, ex innumeris trabeculis virgañis, & demum inter se coalescentibus contignum, extus rimosum & subruminatum, intus duplice cavitate exsculptum, quarum altera, in medio, maxima, & in recenti semine, lympha dulci plena; altera vero in basi, embryonem includens, priori multoties minor.

**E**M B. monocotyledoneus, oblongus, erectus, niveus. *Plum.* ovato oblonga, compressiuscula, versus basin attenuata. *Rad.* conica, extus apiculata, infera.

a.) Drupa, naturali dimidio minor. b.) Ejus festio longitudinalis cum putamine integro (quod autem in medio fructu positum esse deberet). c.) Putamen, medianibus fibris capillaribus, carni undique affixum. d.) Idem transverse festum. e.) Ejus basis, cum tribus suis foraminibus, tympo clausis, magnitudine naturali. e. e.) Semen, naturali paulo minus. e.) Ejus festio transversalis. f.) Embryo intra cavitatem albuminis minorem. f. g.) Embryo solutus.

Putamen trivalve dicunt GREWJUS, LINNAEUS & JACQUIN; sed contrarium docent autopsia & pocula e Cocco tornata.

*Coccus lapidea*. Tab. 6. fig. 1.

Drupa ovata (a), magnitudine ovi anserini, l. & duplo major, apice in mucrone brevem, mammillarem producta, basi in pyramidein trigonam, tribus foraminibus stipitam fastigiata, & ad latera tribus futuris spuriis, depressis inscripta, glabra, nigro fusca. *Cortex* crustaceus, tenuissimus, putamini arctissime adnatus.

*Caro.*

*Caro* nulla, præter paucam substantiam fungosam inter fibras rigidissimas, in quas cortex circa basin fructus solvitur. *Putamen* a cortice non discretum, durissimum, crassissimum (b.), unico loculamento angusto, excentrico exsculptum. *Semen* (c.) unicum, figura & magnitudine loculamenti, fascia & vasis arcuatis, ut in præcedenti specie pictum, nigro-fuscum. *Albuminis* & *embryonis* structura, profrus ut in antecedenti.

Ex hac nuce, fibulae, scipionum capitula & alia utensilia fabricantur, ut mirum sit, quod nulla ejus in botanicorum & peregrinatorum scriptis fiat mentio, & vel ipsa ejus patria adhucum ignoretur.

## XXII. ELÆIS. JACQ. LINN. gen. 1284.

Flores sexu distincti in separatis truncis. Spatha universalis nulla; partiales ventricose, striatæ, rostratae. MAS. Cal. hexaphyllus. Cor. sexfida. Stam. sex. FEM. Cal. enneaphyllus: foliolis interioribus longioribus. Cor. nulla, nisi calycis partem velis. Ovarium triloculare; stylus crassus, triquetus; stigmaria tria reflexa. Drupa supera, baccata, unilocularis. Alb. cavum, friabile. Embryo in basi scinibus.

*ELEAIS guineensis*. Tab. 6. fig. 2.

*Nucula indica secunda*. CLUS. cur. p. m. 85. c. ic.

*Palma soliorum pediculis spinosis*, fructu pruniformi luteo oleoso. SLOAN. hist. jam. 113. t. 214.

*Elaeis guineensis*. JACQ. hist. I. p. 280. t. 172.

*Elaeis frondibus pinnatis*, stipitibus dentato spinosis divergentibus: denticulis supremis recurvatis. LINN. syst. veg. 985.

E collectione Banksiana.

PER. Drupa baccata ovata, glabra, lutescens. Cortex tenuis. Caro crassa, oleosa, fibrola: fibris rigidiusculis, putamini arctissime adnatis. Putamen ovatum, supra coarctatum. infra tribus foraminibus: uno pervio & duobus cecis, perforatum, obsoleto trigonum, rugosum, lapideum, crassum, luteo-ochraceum; uniloculare, evale.

REC. nullum: semen basi affixum.

SEM. unicum, globose conicum, subtus umbilicatum atque media papillula immersa stipatum, striis arcuatis depresso-reticulatum, spadiceum, aut cinereo-fuscum.

INT. simplex, membranaceum, tenue, arctissime adnatum.

ALB. carnosum, fragile, oleosum, angusta cavitate transversali in medio exsculptum, non ruminatum.

EMS. monocotyledoneus, parvus, conicus; lacteus, in papilla basos seminis intra propriam cavitatem locatus.